UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Aborsus diuersi mode committi dicitur, & quam pœnam inducat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

Visual Library

PECCATORVM SVMMVLA THOMAE de Vio Caietani Cardinalis ſancti Xiſti.

Aborſus diuerſi mode committi dicitur, & quam pœnam inducat.

ABorſus voluntarius eſt peccatũ homicidii: perfecti quidẽ, ſi fœtus erat animatus: anima rationali. Et incurritur propterea irregularitas: quia occiditur tunc qui verè eſt homo. Imperfecti verò, ſi fœtus adhuc non erat animatus anima rationali: quia tunc occiditur homo: non qui eſt, ſed qui generabatur, qui nõ eſt adhuc actualiter homo. Et eſt peccatum mortale: quia quantum in ſe eſt, ad hoc tendit vt tollat vitam hominis iam inchoatam. Non tamen incurritur irregularitas homicidii, quia non eſt adhuc actualiter homo qui occiditur.

Abſolutio peccatorum ſacramentum pœnitentiæ concernentium debet eſſe formalis, & hoc ex parte tã abſoluentis, quàm abſoluendi.

ABſolutio à peccatis quæ in ſacramento pœnitentiæ fit, eſt forma ſacramenti pœnitentiæ. Et conſiſtit (vt in Concilio Floren. ſub Eugenio quarto legitur) in his verbis, Ego te abſoluo. Ait enim forma